





16  
1714/17  
18

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO ACADEMICA  
DE


# SENENTIA PROVISIONALI, QVOD ALIMENTA ET EXPENSAS LITIS.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DOMINO  
**WILHELMO HENRICO,**  
DVCE SAXONIE, IULIACI, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE, & reliqua,  
SVB PRÆSIDIO  
DOMINI  
**FRIIDERICI GOTTLIEB**  
**STRUVII,**  
I. V. DOCTORIS,  
CVRIÆ PROVINCIALIS ADVOCATI ORDINARI,  
DOMINI ET PRÆCEPTORIS SVI ÆTATEM  
DEVENERANDI,  
AD DIEM IX JANVARII  
**IN AVDITORIO ICOTORVM**  
PVBLICE DISPVTABIT  
**IOACHIMVS HENRICVS KATTE,**  
EQVES BREMENSIS.

IENÆ, LITTERIS KREBSIANIS M DCC XIV.



*A Monsieur,*  
MONSIEVR  
**MARQVARD KATTE**  
Conseiller d' Etat,  
de sa Maiesté  
le Roi de Dannemarc Norvege,  
&c. &c. &c.  
Seigneur de Niendieck, Heuhoff,  
Portzhem , &c.  
mon très honnoré Pere.



MONSIEVR

*& très cher Pére!*

L est sans contredit , que le devoir de tous les hommes demande, qu' ils ne passent pas les iours de leur vie entre quatre murailles , comme les bêtes en vironnem  
2 ) ( nes

nées d' vne haie; de là on peut inferer,  
que ceux là sont les plus dignes d' hon-  
neur & de gloire, qui ne cherchent que  
de surpasser les autres dans cette affaire  
ci. Car à dire la vérité il n'y a aucune  
**emulation**, ni aucun combat, qui merite  
plus de louanges que celui qui se fait pour  
la vertu & l'honneur; & qui a fourni de  
la sorte sa carrière, s'est acquis vne glo-  
re immortelle, ie ne dirai pas l'immor-  
talité même. Mais pour parvenir à  
ce but là il y a deux chemins, scavoit l'  
épée & les livres. Il y a biendes gens,  
qui selon le sentiment de l' Empereur  
Licinius tiennent les études pour vn ve-  
nin & la peste la plus violente ; encore  
il y a des nations qui les ont imprises &  
accusé qu' elles faisoient vne metamor-  
phose des hommes en femmes & de l'  
animosité en poltronnerie. Mais la ve-  
ritable raison en est, qu'ils n'en ont iam-  
ais

mais gouté les fruits, & ainsi les études &  
les belles lettres ont été méprisées d'eux,  
parce qu'ils n'en ont pas compris l'utilité.  
De plus les gens les plus sensés avoueront,  
qu'on a scellé plusieurs fois vaincre  
des nations, mais non pas les bien gou-  
verner, qu'ainsi il n'y a aucune Répub-  
lique qui puisse subsister long temps sans  
les études. Cependant on ne fauroit  
nier, que les études seules ne sont pas  
capables de soutenir vne bonne Répub-  
lique, sans le secours d'une bravoure he-  
roïque, qui a pour devise : *Plutôt mourrir que de vivre sans honneur.* Car Mars  
& Minerve s'accordent tellement, que  
l'un d'eux ne fauroit se bien elever, s'il  
se voit abandonné de l'autre. C'est  
pourquoi ceux qui se sont choisi ces  
deux chemins & poursuivent leur cour-

se avec vn coeur intrepide, se rendent  
absolument immortels ; qu' au contraire des coeurs laches & pufillanimes qui  
ne font que garder les greniers & les cofres de leurs parens, & qui pour trop  
prevoir les suites deschofes n' osent rien  
entreprendre, se rendent folatres & mé-  
prisables. Nous ne vivons pas pour faire  
feulement bonne chére , mais chacun  
est obligé de sacrifier ses biens & sa vie  
à la glorie de Dieu , pour sa patrie & ses  
parens. Je ne trouve pas à propos d'autoriser ici mon sentiment par beaucoup  
d'arguments ; Vos chéres & aimables  
lettres en seront même les témoins les  
plus irreprochables , dans les quelles  
Vous avez assez bien expliqué , que par  
la diligence de l' etude on se rendoit ca-  
pable de rendre service à sa patrie tant  
dans

dans la guerre que dans la paix. C'est pourquoi comme ie me suis fait touiuors vn honneur & vne gloire , d' executer vos sages & salutaires conseils , & que ie me vois sur le point de finir mes années Academiques ; ie me suis proposé de donner au public vne petite preuve de Vos bienfaits & de Vos exhortations paternelles. Il n' ya rien de plus rai-sonnable, que d'attribuer la riuiére à la source, & ien'ai rien trouué de plus à propos que de vous dedier mon très honnoré Père ces premices de mes études comme à celui qui en eſt la veritable source. Et ce n'est, que pour Vous rendre quelque temoignage de mon ame reconnoiffante & de mon respect filial. Au reste ie Vous supplie très humblement de recevoir ce sacrifice d'

un

un oeil paternel, & de me laisser iouir de  
votre bonté ordinaire comme par le pas-  
sé ; pour moi i'emploierai tous mes  
soins à l'avenir à fin de me pouvoir dire  
avec juste raison & le respect conve-  
nable,

MONSIEVR

& très cher Père

à Jene le 14 Decembr.


1713.

Votre très humble très obéissant & très  
fidèle serviteur & fils.

JOACHIM HENRI KATTE.

Q. D. B. V.





Q. D. B. V.

Th. I.

Nter alia *Paupertatis iura*, quæ  
ex singulari Principum indul-  
gentia concessa sunt, illud maxi-  
me notatu dignum; *Quod inopi-*  
*litiganti vel adiuite aduersario, vel*  
*ex fructibus rei litigiosa, sumtus*  
*litis & alimenta quandoque subministranda sint;*  
Id quod per SENTENTIAM Iudicis PROVISIO-  
NALEM definiri solet. Cum enim, iuxta æquis-  
simam Iuris Canonici Regulam: *Affictio non sit*  
*addenda afflictio per cap. ex pacto s. X. de Cleric.*  
*egrot.* Ideo sedula legislatorum cura prouisum  
fuit, ut ita paupertati succurratur, ne quis inter  
suo excidat, si qua ob paupertatem ius suum  
persequi, aut forte ex manibus violenti & nimis  
potentis aduersarii eripere nequeat. In quem fi-  
nem non tantum restitutio in integrum ex Clau-  
sanib.

A

cula

\* ( 2 ) \*

sula Edicti Prætorii generali contra lapsum fatale  
præscriptionis vel appellationis pauperibus con-  
ceditur arg. cap. 8. X. de appellat. Benincas. de Pri-  
vil. Paup. qu 4. n. 18. Sed in specie quoque su-  
pradicatum *Remedium Pronisionale* indulgetur.  
Cuius proinde fundamentum & alias eo spectan-  
tes causas per modum Dissertationis Academicæ  
B. C. D. perlustrabimus.

Th. II.

Sumitur autem *Sententia Pronisionalis* vel  
*latisime*, & est Decretum quoddam iudicis, quod  
super puncto quodam, in litem principalem in-  
cidenti, fertur, confusionis vitandæ gratia ad præ-  
cautionem iudicij & prouidentiam partium in-  
terpositum, & generali nomine alias *Decretum*  
*Interimisticum* vocari solet. Gail. lib. 1. obs. 5. n. 3.  
Vel *latius*, pro certo quodam prouisionis reme-  
dio, quod tamen ultra consuetos alimentationis  
& expensarum terminos ad alios casus extenditur,  
& ita ratione formæ atque materiæ a sententia  
prouisionali specificè dicta differt. Atque in hoc  
sensu latiori sententias ex *instrumento guaranti-  
giato* latas *Pronisionales* quoque dicunt, quando  
nimirum facta illius recognitione legitima iuxta  
tenorem eius ad executionem proceditur, pen-  
dente

\* ( 3 ) \*

dente interim lite super exceptione eidem opposita, quæ altioris erat indaginis. Christin. ad *Consuet. Mechlin.* Tit. I. art. 30. n. 1. 199. Vel denique strictius accipitur, quatenus prouisio fit inopi litiganti super alimentis & necessariis litis expensis; In quo significatu huius est loci, atque in hoc respectu *Sententia Prouisionalis* nobis describitur: Quod sit Remedium, aliquod Ciuale, iudiciale & subsidiarium, quod datur inopi litiganti contra diuitem aduersarium ad alimenta & expensas litis necessarias obtainendas, quo iustitiam causæ suæ posuit persequi. Est ergo hæc prouisio quidem per iudicem facienda, nec tamen auctoritate legis destituta. Vnde vulgatum axioma; *Quod prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis*, ad hoc remedium iudiciale non per omnia potest applicari, cum in hoc prouidendi beneficio non ita omnino libera sit iudicis potestas, prout alias ex iure dominii priuato facultas competit disponendi & prouidendi de rebus suis l. 21. C. mand. Sed alligata illa est ad leges forenses & iudicij mensuram, ne vni parti plus iusto tribuens de crimine prævaricationis aut Syndicatus fiat suspectus. Non aliter ergo iudici prouidere permisum est, quam prout iam legibus prouisum adparet, quarum declarationem &

A 2 appli-

\*( 4 )\*

applicationem saltem iudex in casu emergente  
facit.

### Th. III.

Agimus proinde hic in specie de fauore *Partium priuato*, relatione inuicem habita ad iura inopum litigantium. Vnde excludimus (1.) illam quæstionem, quatenus *iudici ordinario* vel delegato aut *Commissario* vel etiam arbitro alimenta quandoque in causis partium peregre abeuntibus *Zehrung* und *Reisekosten* und übrige Verpflegung præstanta sint, de quibus vid. *Coler. de Aliment. lib. I. cap. 14.* (2.) Non spectamus illos sumtus, qui pauperi litiganti ex *publico* subministrandi sunt, & rationem quandam elemosynæ habent. *Boer. dec. 325.* *Coler. l. c. n. 28.* Porro (3.) huc non pertinent illi sumtus, quos actor *ordinario* iure facere debet, si aliquid petat a iudice vel reo conuento, vti est in iudicio ad exhibendum, vbi periculo & sumtibus petitoris res exhiberi debet, iuxta *l. II. §. 1. ff. ad exhib.* Item, circa productionem testium, quippe quæ sumtibus productentis fieri debet, iuxta *l. II. C. de Testib.* *Gail. l. 1. observ. 99.*

### Th. IV.

Porro huc non refertur in specie illa prouisio,  
quæ

\* ( 5 ) \*

quæ fit super *possessione* pendente lite , quod alias  
peculiaris vocabulo *Decretum Interimisticum* vo-  
cari solet Christin. vol. 1. dec. 276. differunt enim  
ut latius & angustius. Etenim prouisionalis sen-  
tentia species est Decreti interimistici , cum per  
eam litiganti interim prouideatur , si non habeat  
vel vnde viuat , vel vnde litem continuare possit ,  
cuius tamen continuatio ex probabili & euidenti  
causa ipsi incumbebat. At vero Decretum In-  
terimisticum vltierius se extendit , & non saltem  
prouidet litiganti , quantum opus est ad necessaria  
vitæ subsidia , sed etiam interim possesorem  
in possessione rei vel iuris defendit , ius retentio-  
nis concedit , administrationem indulget , & alia  
pendente lite commoda vni litiganti confert. Conf.  
Stryck. in *Diss. de Decreto Interimift.* cap. 1.

Th. V.

Licet vero regulariter litigans suo aduersario  
de alimentis & sumtibus litis prospicere non te-  
neatur , cum nemo compelli possit arma aduer-  
sario de sua domo suppeditare , arg. *I. nimis graue*  
*7. C. de Testib. Mev. Part. IV. dec. 194.* Attamen  
illud ipsum axioma varias limitationes recipit .  
quas præsenti dissertatione subiiciemus.

A 3

Th. VI.

Equidem mouentur plures rationes dubitandi in contrarium, quæ etiam iuris autores circa hunc sententiæ prouisionalis articulum in diversas trahunt sententias, & partim in *textibus* quibusdam legum Ciuilium, partim in *rationibus* iuris stabiliuntur. Ex illis obiicitur (1) l. Imperatores 17. ff. de tutel. & ration. disfrah. Vbi Ictus pupillo petenti expensas litis a tutoribus contra quos agebat, respondet, Imperatores rescripsisse: *Non habet rationem postulatio tua, voluntis, in sumtum litis ab his tibi pecuniam subministrari.* Quem textum, ad firmandam negatiuam, vrgent Bartolus & Baldus in d.l. & Aretinus cum Felino in cap. si qui testium 8. X. de Testib. Et tenuit eandem opinionem Boer. Dec. 303. item Marian. Socinus L 3. Conf. 8. prout recenset Hartm. Pistor. Part. 1. quest. 20. n. 2. Verum facile patet, hunc textum non esse generaliter capiendum, sed casum quandam specialem a referente parte vel iudice ad Imperatores esse delatum, ad quem proinde speciali suo Rescripto respondent, vt proinde a particulari casu ad universalē regulam non ita indistincte valeat consequentia. Deinde cessat in proposito casu d.l. 17.

præ-

\* (7) \*

præsumtio iustæ causæ pro pupillo ; siquidem  
hic textus loquitur de iudicio, de rationibus tute-  
læ distrahendis vel dispungendis , cuius funda-  
mentum est dolus, & finis, pena. Iam vero in  
contractibus dolus non præsumitur ; Et ita præ-  
sumtio est potius pro tutore contra pupillum, ta-  
le quid postulantem , vt ita omnino iniqua cen-  
seatur sumptuum postulatio ; Id quod tamen non  
concludit, si pro litigante militet iusta præsumtio.  
Denique respondent Interpretæ, textum accipi-  
endum esse de illo casu, si tutor conueniatur tu-  
tela deposita , & de bonis pupillaribus nihil quic-  
quam possideat. Brunnem. in Comment. Pand.  
ad d. l. 17.

### Th. VII.

Obiiciunt (II) l. nimis graue 7. C. de Testib.  
vbi Diocletianus & Maximianus Impp. in hæc  
verba rescribunt : *Nimis graue est, quod petitis,*  
*urgeri partem diuersam ad exhibitionem eorum,*  
*per quos sibi negotium fiat ; unde intelligitis, quod*  
*intentionis vestræ proprias afferre debetis proba-*  
*tiones, non aduersus se ab aduersariis adduci.*  
Quem textum explicat Harmenop. *Promptuar.*  
*Iur. Civ. Lib. I. Tit. 6. §. 57.* ibi : οὐδεὶς ἀπειτήτας καθ'  
ἴσαντος μάρτυρας πολεμαγέντων αἰλλὰ χεὶ τὸν ἐνάγοντα ὡς βόλεται

5057-

*συγχρήτες οὐδεὶς δικαιολογίας.* i. e. Nemo aduersus se testes producere cogitur. Sed auctorem oportet arbitriatu suo proprias necesse probations. Constat proinde textum hunc loqui de testibus domesticis, quos contra se in testimonium producere aut forte delitescentes exhibere auctor non cogitur. Brunn. ad d. l. 7. C. de Test. idemque uberioris declaratur l. 10. §. 4. ff. de Questionib. ibi : Nec debet initium probationum de domo rei accusator sumere, dum aut libertos eius, quem accusat, aut seruos in testimonium vocat. Id quod tamen hoc non concludit, cum aliud sit probationis adhuc incertæ & dubiæ media aduersario aduersus se ipsum subministrare ; aliud probationes eiusdem iam satis fundatas suscipere, atque ad producendam rei veritatem sumptus suppeditare. Sicuti enim eo casu, vbi veritas aliter haberinon potest v. g. in actibus domesticis probandis l. 8. §. 6. C. de Repud. nec domesticum testimonium tam pro quam contra auctorem est reprobatum. Sande decis Frisic. l. 1. tit. 9. def. 3. Carpzou. in Proc. tit. 13. §. 5. Ita quoque analogia iuris non aduersatur sumptus inopi subministrari, vbi aliter causæ iustitia probari & deduci nequit, vel verendum sit, ne diuturnitate processus litigans fatigatus fame interim

\* (9) \*

terim enecandus sit. Neque a dissentientibus replicari potest, quod non tam casus huius legis, quam Ratio subiecta inspicienda sit; *Quod quis non teneatur ad exhibitionem eorum, per quos sibi negotium fiat.* Est enim ratio non generalis, sed restricta ad praesentem casum, & respicit antiquam prohibitionem legis Iuliæ, qua cautum erat, ne inuito denuncietur testimonium dicere aduersus parentes & alias personas arctiore vinculo, amicitia vel reuerentia iunctas, prout declarat *I. 3.* § 5. 14. 15 ff. de Test. ut ita sub antiquæ legis clypeo tutus non teneatur tales personas in publicum exhibere, per quas sibi negotium aliquod contra coniunctionis naturalis vel reuerentiæ civilis rationem fieri posset. Quæ tamen ratio ita enucleata ad sumptus litis vel alimenta aduersarii plane non quadrat.

### Th. VIII.

Pari modo obiici (III.) posset *I. fin. C. de Edendo*, vbi Alexander Aug. in fine Rescripti ita concludit: *Non oportet originem petitionis ex instrumentis eius, qui conuenitur, fundari.* Verum loquitur textus de editione instrumentorum, quam reus in fauorem actoris regulariter facere non cogitur *I. 10. §. 4. de Quast. Berlich. P. 2. Conclus.*

45. n. 23. Ast nihil hic habetur de sumtibus litis, ad quos argumentum ab exhibitione instrumentorum ad exhibitionem alimentorum non concludit , siquidem alimenta naturali æquitatis ratione debentur ; Instrumentorum editio ex ciuili iure hoc casu postulanda foret. Jam vero alimentorum causa est fauorabilis , qualem fauorem editio instrumentorum non per omnia præ se fert. Deinde aliud est causam probationibus a reo petitis instruere , aliud probationem saltem sumtibus alienis exequi.

## Th. IX.

Alii præterea Interpretes medium quandam sequuntur sententiam circa textus iuris, & distinguunt inter expensas iudicij publicas & priuatas partium, atque concludunt , quod index prouidere quidem debeat de expensis publicis sive *iudicialibus* , de quibus proinde praxin sententiæ prouisionalis intelligent ; Non vero prouidere necesse habeat, de expensis partium de quibus allegatos textus intelligent , prout sentit Matth. de Afflict. in *Constit. Neapol. lib. I. rubr. 33.* Et quidem rationem differentiæ hanc assignant, quod expensæ iudiciales ad sportulas & fructus iurisdictionis referantur, atque partem salarii publici constitu-

ant,

\* ( 11 ) \*

ant, semperque a partibus præstandæ sint ; pro  
quacunque litigantium parte sententia feratur.  
At circa expensas partium incertum est, cui adiu-  
dicandæ sint, propter dubium litis euentum, cum  
non semper statim patere possit , anno non mutua  
compensatione expensæ inuicem tollantur, an ve-  
ro actori vel reo iniungi debeant. Attamen ista  
nostram sententiam non stringunt , siquidem in  
casu sententiæ prouisionalis nos supponimus ta-  
lem causam, vbi probabilitas singularis pro im-  
petrante militat, ut sic litis eventus facilius pro-  
spici queat.

Th. X.

Alii porro textus pro affirmatiua sententiæ  
huius prouisionalis stantes restringunt ad litigan-  
tes inuicem cognatos , prout videre est apud Martm.  
Pistor. Part. I. qu. 29. n. 3. At sine iuris ratione. Licet  
enim textus l. 27. ff. de inoff. testam. casum quen-  
dam cognitionis respiciat, tamen ille casus magis  
exemplificatiue quam dispositiue accipiendus est, &  
ratio magis legis quam casus inspici debet.

Th. XI.

Alii præterea textus in affirmatiuam inclinan-  
tes accipiunt de eo speciatim casu , quo actor an-  
tea bona, propter quæ agitur, possedit, verum iis-

dem spoliatus fuit, & iam de novo bona eadem a spoliante vel ex causa spolii vel iudicio petitorio vindicat. Add. Covarruv. *Pract. Quest. Tom. II.* c. 6. n. 5. Verum etsi ille casus satis recte se habeat, atque etiam sub Decretis sententiae prouisionalis comprehendatur, attamen textus iuris illum speciatim tantum non proponunt, sed etiam alios casus continent, quibus iustae causae presumtio pro litigante militat, ut hinc leges magis de pluribus quam singularibus capienda sint, arg. l. 3. ff. de LL.

## Th. XII.

Alterum fundamentum dissentientium est ex variis iuris *rationibus* extructum. Vnde primam dubitandi rationem praebet; Quod per sententiam prouisionalem actori praejudicetur, si enim reo ex bonis forte sequestratis alimenta decernantur, tunc actor non possit omnes consequi fructus, qui tamen post litem contestatam debeant actori restitui. *l. certum 22, C. d. R. V.* siquidem tunc consumti sint per impensas & alimenta. *Resp. Fructuum petitio est incerta*, cum itidem isti casu potuerint perimi; at vero b. f. possessor de casu neque post litem contestatam tenetur. *l. 16, pr. ff. de R. V. l. 27, §. 1. ff. eod.* Et præterea satis iam

\* ( 13 ) \*

iam grauatur possessor, quod contra ordinem iuriis consuetum pendente lite possessione rei suæ priuandus sit, ut hinc actor de fructuum percepcione & consumtione per alimenta necessaria non ita possit conqueri. Adde Scotan. *Disp. ad Pand. XXXV. n. 14.* Deinde in contrarium movent; Quod non debeat dari occasio ut lites protelentur §. fin. J. de Except. Atqui per subministracionem sumtuum datur aduersario occasio prosequendi litem. Verum facile constat, in d. §. tantum istas protelationes litis intelligi, quæ fiunt per calumniam & iniurias. At vero quando per sententiam prouisionalem decernuntur alimenta & expensæ, tunc supponitur iusta causa litis, cuius non protelationi iniquæ, sed iustæ prosecutioni atque executioni hoc modo indulgetur. Siquidem nemo tenetur ius suum indefensum relinquere, & nimis durum foret, aliquem ob inopiam iure suo excidere, aut a diuite aduersario opprimi.

Th. XIII.

Ceterum vti ipsi illi in contrarium sentientes JCti suam negatiuam variis limitationibus infringunt; Ita nos non dubitamus, affirmatiuam cum praxi defendere, afferentes per, *Sententiam*

B 3

Pro-

*Provisionalem recte inopi litiganti posse de ali-  
mentis & expensis litis necessariis prospici , si funda-  
mentum & præsumtio iustæ causæ pro eodem  
militet. Quam sententiam etiam sequuntur Guid.  
Papa Dec. 161. Cravetta cons. 164. & alii. Atque  
huius decisi rationes decidendi patent (I.) ex l.27.  
§. 3. ff. d. in offic. testam. ibi: De inofficio testa-  
mento nepos contra patrum suum vel alium scri-  
ptum heredem pro portione egerat & obtinuerat:  
sed scriptus heres appellauerat , placuit interim  
propter inopiam pupilli alimenta pro modo facul-  
tatum , que per inofficio testamenti accusationem  
pro parte ei vindicabantur , decerni eaque aduer-  
sarium ei subministrare , necessum habere , usque  
ad finem litis. Qui textus licet casum specialem  
supponat , & tantum de alimentis pendente ap-  
pellatione præstandis loquatur ; attamen ob ge-  
neralitatem rationis etiam ad alios casus exten-  
ditur , vbi pro litigante fauor paupertatis & iustæ  
causæ præsumtio militat : (II.) Huc refertur tex-  
tus Vlpiani in l.33.pr. ff. de reb. aucto r. iud. possid.  
ibi: Si pupillus ex contractu suo non defendatur,  
ideoque bona eius creditoris possidere cœperint , di-  
minutio ex his bonis fieri debet vescendi pupilli  
causa. Cum quo consentit Paulus in l. fin. ff. eod.  
ibi:*

ibi : *Pupillus si non defendatur in possessione creditoribus constitutis : minoribus ex his usque ad pubertatem alimenta praestanda sunt.* Quod proinde in his textibus fauore minorum constitutum videri posset, idem in aliis causis operatur fauor iustitiae & paupertatis. (III.) Adducitur textus cardinalis in l. fin. C. d. ord. cognit. vbi Imp. Constantinus A. in iudicio status & causa liberali, sumtuus litis & alimonias inopi litiganti adiudicat ; Ita enim rescribit : *Quod si ei, qui ad seruitutem vocatur, quicquam direptum esse, memoretur, uniuersa que confiterit ablati, ita demum reddi convenit ei, qui seruus esse contenditur, si modo salvam rem futuram per idoneos fideiussores promiserit.* Nam si tales dare non potuerit, tunc ea convenient, de quibus in iudicio tractabitur, sequestrari in eum diem, in quo controversia sopiaatur. Ita ut ex iisdem ( si aliqua facultas esse non poterit) tantum litis sumtuus & alimonia homini subministrentur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit estimatum. Cum igitur is, qui in hoc textu in seruitutem vindicatur, sit in possessione vel quasi libertatis constitutus, & ita presumptionem iuris pro se habeat ; Ideo hoc decreto prouisionali quoad sumtuus litis & alimonias iuuandus dicitur, non tantum

\* ( 16 ) \*

tum propter fauorem libertatis asferendæ *specialem*, sed propter generalem iustæ causæ præsumptionem. Atque idcirco hæc exempla Legum specialia subiecta declarant regulam generalem; Quod toties sumtus litis & alimenta possint decerni, quoties præsumptio iustitiae pro inope litigante militat. Brunn. in Comment. ad d. I. fin. C. d. Ord. Cognit. n. 22.

Th. XIV.

Fundamentum genuinum & causa mouens prouisionalis huius adjudicationis est *Aequitas*, cuius ratio in hoc potissimum consistit, quod bona pro litigante militet præsumptio, adeoque intentio eius iure fundata sit adiuuanda, atque idcirco interea ex eo, ad quod iusta petitio, inops ali meretur. Mev. Part. IV. dcl. 194. n. 67. Causa vero proxima, vnde rationem suam formalem accepit, est *Praxis* & *Interpretatio* prudentum visualis, siquidem per extensionem quandam forensem textus iuris, superius allegati, occasionem & ansam dederunt Jctis, leges ad similia producendi, & iurisdictione practica supplendi ea, quæ legibus apertis non per omnia erant definita, auctoritate nimirum Pedii & Vlpiani in l. 13. ff. d. LL. vbi eleganter & accommodate in hanc materiam.

\* ( 17 ) \*

teriam dicitur : *Quotiens lege aliquid unum vel alterum introductum est, bona occasio est, cetera, quae tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione vel certe iurisdictione suppleri.* Natales proinde denominationis huius remedii ex scriptoribus maxime & vsu praxeos deriuantur , & potissimum Rebusstus atque Paponius ad Constitutiones regni Galliae inter alios eminent, qui praxi huius Decreti prouisionalis rimati sunt. Idemque vsu Imperii nostri obtinere , tam in foro Camerali quam aliis inferioribus iudiciis Statuum, Practici scriptores subinde a nobis allegandi passim testantur.

### Th. XV.

Cum vero hoc ipsum Practicum Iuris Remedium contra ordinarias iuris regulas introductum sit ; Ideo *caute a* Iudice & non nisi certis positis requisitis ita sententionandum erit. Talia autem sunt (I.) vt pro litigante militet iustæ causæ præsumtio. (II.) Ut ille pauper sit. Menoch. de *Præsumt. lib. I. qv 35. n. 1. & seqq.* Et quidem hæc duo debent coniunctim concurrere , sola nimirum paupertas non sufficit, sed præsumtio quoque iustæ causæ debet simul adesse. Surd. de *Alim. Tit. 1. qv. 110. n. 8.* Addunt his requisitis alii (III.) vt

C

sen.

\* ( 18 ) \*

sententia pro ipso litigante semel sic lata; ita ut  
litigans sit in possessione vel quasi iuris compe-  
tentis. Verum rectius alii hoc ipsum reiiciunt, &  
sufficere notant, aliunde iustum presumptionem  
esse contractam. Conf. Covarruv. Pract. Quast.  
cap. 6. n. 6. Neque adiuuat hanc sententiam l. fin.  
C. de ord. cognit. ibi: *in quasi possessione libertatis.* Resp. illa circumstantia adducitur ad fundan-  
dam presumptionem iustæ causæ, non vero tan-  
quam requisitum aliquod necessarium ad conse-  
quendas litium expensas. Debet vero vrgens esse  
pro implorante presumptio, leuis non sufficit.  
Molin. de Primogen. cap. 16. n. 36. Quod si pro ad-  
versario extent vrgentiores presumptions, illa eli-  
ditur tanquam per fortiora argumenta, vt hinc  
tali casu alimenta & expensæ litis decerni nonde-  
beant. Menoch. de Presumt. lib. 1. qv. 35. n. 6. Est  
porro necesse, vt haec presumptio sit in eodem iu-  
dicio, de quo agitur. Non enim si ageretur iu-  
dicio posteriorio, sufficeret presumptio, quod is  
actor potentior sit in petitorio. Pontan. de alim.  
cap. 13. n. 6. Denique tempus motæ litis atten-  
ditur, vt cognoscatur de presumtione implor-  
antis, sitne fundata nec ne. Surd. de alim. tit.  
124. num. fin.

Th.

\* ( 19 ) \*

Th. XVI.

Alterum requisitum sententia huius prouisionalis est, ut litigans pauper sit. Ad hanc vero paupertatem excutiendam, non sufficit nuda allegatio, sed probatio debet accedere, vel per attestatum Magistratus loci, ubi quis habitat, vel per iuramentum. Brunn. ad l. 27. ff. de inoff. testam. n. 9. Aestimatur porro illa paupertas ex quantitate impensarum & sumtuum litis, ut sic, si deductis necessariis vitæ subsidiis tantum non sufficit, quantum opus est ad instruendam litem, talis pauper dicatur, licet non per omnia egeat. Et ita pro conditione personarum, temporis ac loci aliarumque circumstantiarum hoc iudicium prudentis iudicis arbitrio est relinquendum. Mev. Part. IV. dec. 338. n. 6. 7. Gail. lib. 1. obs. 142. n. 5. & sqq. Dicitur præterea etiam ille actor inops & sumitus litis ab aduersario potest prætendere, qui filium, vel fratrem vel alios locupletes habet, a quibus ali debeat, siquidem tunc sub nomine alimentorum sumitus ad litem dandi non continetur. Coler. de alim. Lib. I. c. 14. n. 50.

Th. XVII.

Verum hic non inutiliter Quær. (l.) An culpa sua pauper effectus hoc etiam juris beneficio gau-

C 2

deat,

deat, ut possit prouisionem sumtuum & alimentorum ab aduersario petere? Id quod affirmandum censemus. Quamuis enim alias commune habeatur iuris axioma; *Quod culpa sua pauper effectus priuilegio pauperum non gaudeat.* arg. *l. pen. ff. d. iur. dot. l. fin. ff. de bis quæ in fraud. Credit. Reyer. Thes. Iur. voc. paupertas n. 38.* Attamen hoc ipsum de talibus priuilegiis intelligendum est, quæ personæ tantum pauperum competunt, vt est beneficium cessionis, vtpote quod bancoruptis & sua culpa ac dolo infelicibus non datur Struv. *Synt. Ciu. Exerc. XLIV. tb. 25.* Aliud est in hoc decreto prouisionali, quod principaliter *causæ* & per consequentiam personæ pauperis datur. Et licet ipse honestorum virorum censura dignus sit, quod bona sua decoixerit, tamen propterea adiumentis iustitiæ non est priuandus, spes enim esse potest, cundem, perceptis paupertatis incommodis, bonis, obtenta victoria, restitutum ad meliorem frugem esse redditum. Imo licet de præterito præsumatur in futurum, & ita qui semel decoctor bonorum fuit, idem & postea bona dilapidare possit; Attamen, per constitutum Curatorem vel aliis modis, potest huic malo præ-  
caue-

\* ( 21 ) \*

caueri, vt propterea prosecutio, iuris competentis  
& media eo ducentia ipsi non sint præscindenda.

Th. XVII.

Quæritur (II.) An probatum paupertatis te-  
stimonium in vna causa, proficiat quoque in alia  
ad impetrandum Decretum prouisionale? Quæ  
quidem quæstio neganda videtur, ex natura scil.  
rei iudicatæ, quæ regulariter vltra causam & casum  
suum subiectum non extenditur l. 14. pr. & §. fin.  
*ff. de Except. rei iud.* Idque eo magis, quod ex-  
pensæ litis varient, pro diuersitate causarum, ita,  
vt vni causæ plus, alteri minus sit impendendum,  
atque ita pro casu nouiter emergente facienda sit  
de nouo prouisio, siquidem hæc ad merita cuius-  
uis causæ censemur restricta.

Th. XIX.

Visis proinde requisitis, sequuntur Personæ  
quibus implorantibus hoc Decretum debeat con-  
cedi. Datur ergo hoc beneficium primo Actori,  
si pauper sit, & reus bona, propter quæ agitur,  
possideat. Brunn. *ad l. 27. ff. de inoff. testam. n. 4.*  
Et quidem hæc duo coniunctim debent concur-  
rere, possessio ex parte rei conuenti, & *inopia*  
actoris. Brunn. *d. l.* Alii quidem interpp. insu-

C ;

per

per addunt, ut actor in causa principali, antequam ei hæc alimenta decernantur, de sua possessione vel quasi, aut de alio iure suo, ex quo agit, sententiam obtinuerit. At vero eiusmodi sententiam non requiri, sed sufficere præsumptionem etiam, aliunde corroboratam, ostendit per arg. l. 1. §. 11. ff. d. ventr. in possess. mitt. Alciat. de præsumt. Reg. 3. præsumt. 9. n. 10. & seqq. Add. Coler. de Alim. cap. 14. n. 40.

## Th. XX.

In specie hæc prouisio obtinet circa *Liberos*, iura status vel hæreditatem parentum sibi afferentes: Et quidem duo casus hic maxime sunt distinguendi. *Primus* concernit causam *Filiationis* contra parentes prætentos agitatam; Quod nimurum, dum quæstio illa super statu pendet, liberis egentibus ex bonis paternis, quoad alimenta & expensas prouideri debeat, si summarie saltim huiusmodi coniunctio & egestas probetur, arg. l. vlt. ff. pro derel. Licet enim alias illa causa, quæ alteri præjudicium affert, prius sit decidenda. l. 2. C. d. ord. iudic. Perez. in d. tit. Cod. n. 3. adeo que videri posset, causam filiationis prius esse decidendam, quam alimenta assignentur; nihilominus

\* ( 23 ) \*

minus tamen illud non est perpetuum, ut patet  
ex l.s. §. 18. ff. d. liber. agnosc. & fauor causæ hic  
aliud postulat, ne ante filius fame pereat, quam  
lis finita fuerit l. 4. ff. d. lib. agnosc. &c al. Atque  
in primis hoc referri meretur l. 10. ff. d. bis qu. sui  
vel al. iur. ibi: Si iudex nutriti, vel ali oportere  
pronunciauerit: dicendum est, de veritate que-  
rendum, filius sit, annon; neque enim alimento-  
rum causa veritati facit praividicium. Ex quo  
textu diserte patet, quod prius alimenta queant de-  
cerni per sententiam prouisionalem & deinde cau-  
sa filiationis tractari possit, prout explicat d. text.  
Brunn. in Comment. ad Pand. d. l. & in præsen-  
tem casum in specie notat Papon. de Arrest.  
Franc. Lib. XIIIX. Tit. 1. Arrest. 1. in fin. Licet  
vero hi textus tantum de alimentis loquuntur, ta-  
men etiam de expensis litis poslunt accipi, siqui-  
dem ex aliis iuris textibus, ut in l. fin. C. de ord.  
cognit. supra adductis appareat, in similibus casi-  
bus causam alimoniarum & expensarum coniungi.

Th. XXI.

Extendunt proinde hanc alimentationis pro-  
uisionem interpp. ut non tantum locum habeat  
in impuberibus & in patria potestate constitutis,  
quos

quos pro suis agnoscere nolunt parentes; sed etiam  
in emancipatis, cum alimenta naturaliter, expen-  
sæ vero litis hoc casu ex æquitate debeantur, in  
hisce vero capitibus ratio patriæ potestatis ci-  
uialis non attendatur. Struv. *Synt. Ciu. Exerc. III.*  
*tb. ii.* Idem iuris est in filiis legitimatis per sub-  
sequens matrimonium, nam & hi legitimis in  
hoc casu æquiparantur. Surd. *de alim. Tit. I. qu.*  
*III. n. 9. & seqq.* Pariter hoc procedit in filiis  
naturalibus & spuriis, si forte pater negaret,  
esse suum spurium, & tamen communis fama  
pro nato militet. arg. *Auth. Licet. C. de natur.*  
*liber. Carpz. IV. Respons. 60. n. 6.* Et hoc quo-  
que obtinet, si stuprator absens, vel in fuga sit;  
Quamuis enim per confessionem nondum sit  
convictus de stupro, quia tamen fama con-  
tra ipsum militat, & insuper fuga eum suspe-  
ctum reddit, utique interim succurrendum filio  
spurio, & ei alimenta sunt assignanda. Add.  
Carpz. *Ipdent. Eccles. Lib. II. tit. 14. def. 242.* Me-  
noch. *de Præsumt. Lib. I. qu. 35. & seqq.*

## Th. XXII.

Casus secundus concernit petitionem hære-  
ditatis parentum vbi filio vel filiæ, aut nepoti  
vel

\* ( 25 ) \*

vel nepti egenti parentibus bona paterna & ve-  
materna a possessore eorundem, alimenta lite pen-  
dente debentur, iuxta textum expressum in l. 27.  
§.3. ff. d. in offic testam. Id quod etiam ad prone-  
potem & alios quosvis descendentes a testatore  
extenditur, cum eadem sit utrobius ratio. Co-  
uarruv. Pract. Quest. cap. VI. n. 6. Surd. de alim.  
tit. I. qu. 28. n. 6.

Th. XXIII. Extendetur hoc, ut locum habeat etiam e con-  
uerso in Patre, qui, ordine mortalitatis turbato, suc-  
cedit filio. Nam & ei inopi, existente pro eo præ-  
sumtione decernenda sunt alimenta & sumptus li-  
tis, quando aduersus filium vel alium possesso-  
rem pro filii haereditate consequenda agit Menoch.  
de Præsumt. Lib. I. qu. 35. n. 16. Pari modo illud  
adPLICatur ad lineam collateralium, si egenus ali-  
quis fratri aut alterius collateralis haereditatem  
ab intestato petat, & iusta præsumtione iuuetur.  
Myns. Cent. vi. Obs. 21. n. 4. Coler. de Alim. L. I.  
n. 24. n. 44.

Th. XXIV.

Procedit porro hæc sententia provisionalis  
respectu Coniugum, Ita si agat foemina adversus  
istum, quem maritum esse afferit, potest hanc pro-

D

vi

\* ( 26 ) \*

visionem a Magistratu petere, si inops sit & præsumptione juuetur. *Menoch de Praesumpt.* L. 1.  
gv. 35. n. 18. *Pacian. de Probat.* L. 11. c. 16. n. 43. Eadem præterea indulgetur viduæ, post mortem  
mariti sui dotem repetenti, ita ut pendente lite  
per hæredes mariti vel alios bonorum possessores  
alimenta decernenda sint *arg. l. pen ff. ut in posses.*  
*legat.* Coler de *Alim* L. 1. c. 14. n. 47. Idem pro-  
cedere existimant in petitione donationis propter  
nuptias. *Covarruv. Pract. Quæst. cap. 6. n. 6.* Sed an in casu conuerso marito contra vxorem  
prouidendum erit, si hæc neget esse maritum? Resp.  
Licet regulariter vxor maritum alere non teneatur  
per l. 33. ff. *de donat. int. vir. & uxori.* Aliud  
tamen dicendum si pauper sit, per l. 73. ff. d. iur.  
dot. adeoque si hoc casu vxor converta actorem  
maritum esse neget, iste tamen ex justa præsumptio-  
ne in sua petitione adiuvetur; interim eidem ex  
bonis locupletis aduersariæ non tantum alimenta  
verum etiam litis impensæ præstandæ sunt. Add.  
*Stryck. Dissert. de Decret. interimist. cap. 2. n. 106.*

VTh. XXV.

*ad a* Ita porro pendente separationis processu inter  
coniuges index per sententiam potest prouidere,  
ut inopi parti alimenta & litis expensæ submini-  
stren-

strentur, modo implorans non in culpa fuerit,  
quod causam separationis dederit; per ea quae ha-  
bet Carpz. in Iprd. Eccles. L. 11. def. 213. & seqq.  
Idem denique obtinet in *Accusatione adulterii*, ubi  
pendente illa maritus vxori alimenta sumptusque  
litis per sententiam provisionalem dare compelli-  
tur. Vt pronuntiatum fuit in Consistorio Electo-  
rali Brandenb. quod Coloniae ad Spream est in  
causa Phil. Koerners & vxoris eius anno 1648. die 8.  
Decemb. his formalibus: Als lieget Klägerin  
ob / alles dasjenige / wesen Beklagtin ansezo  
beschuldiget / wie Recht / über Sie auszuführen.  
Indessen aber kan er nicht vorüber / sondern ist  
schuldig / ihr die nochwendigen Alimenta, wie  
auch sumptus litis zu loppeditren. B. N. W  
oyl p. 102. Th. XXVI.

Pariter ex dd. texxtt. concludant, quod inopi  
*Vassallo* contra *Dominum* litiganti alimenta ex bo-  
nis de quibus lis est, sine danda. Rebusit. ad Con-  
stit. Regn. Gall. tit. de sentent. prouis, artic. 1. glos.  
2. n. 79. *Surel de alim.* Tit. 1. qn. 122. Atque hæc  
ipsa provisionis causa ad judicium Parium Curia  
pertinebit. Cum enim hi in causa principali hoc ca-  
su habeant fundatam ex iure feudal iurisdi-  
ctionem *Stryckm. Exam. 3. Brachap. 15. qn. 6. II*  
me.

\* ( 28 ) \*

deo quoque ex iure accessorii poterunt super hoc  
puncto incidenti cognoscere & sua sententia illud  
determinare.

Th. XXVII.

Ita quoque pendente lite pro servitiis debitibus  
inter *Nobilem & Rusticum*; Si Nobilis servitia exi-  
gat, & tamen rusticus necessariis vitæ subsidiis de-  
stituatur, utique alimenta præstabit. *Pontan. de  
alim. cap. 11. n. 1. & sqq.* Vel tantum tempus in-  
dulgebit, quo victum sibi paret, *arg. l. 50. § 1. ff.  
d. oper. libert. Mæv. Part. iv dec. 133. n. 4.* Idem-  
que afferendum est de impensis litis, nam etiam  
hæ subministrandæ, ne alias non tam ob iustiti-  
am causæ, quam inopiam rustici vicit or exitisse di-  
catur nobilis. Atque hoc potissimum locum ha-  
bet, quando nobilis occupauit bona rustici; sive  
priuatim hoc fecerit, sive auctoritate iudicis aut  
iudicij fretus; siquidem & iura & iudex pauperi-  
bus fauent. *Coler. de Alim. L. 1. c. 14. n. 39.*

Th. XXVIII.

Similiter locum ista habent in *Monacho* accu-  
fante suum *Abbatem*, cui per prouisionem interim  
alimenta assignanda sunt & sumptus necessarii.  
Cum enim Monachi nihil possint habere propri-  
um, & tamen intersit Ecclesiæ, monachis licenti-  
am

\* ( 29 ) \*

am dari accusandi suos Abbates, né alias vitiis oc-  
cultis prematur Ecclesia, quæ aliquando in publi-  
cum scandalum possint prorumpere. Ideo omni-  
no prouidendum est hoc casu Monacho de sumti-  
bus necessariis ad prosequendam accusationem &  
detegendam superioris malitiam ; Odium enim  
Abbatis ex accusatione ortum non permitteret, vt  
ordinariis emolumentis monachus subleuaretur,  
cui proinde extra ordinem per prouisionem iudi-  
cis est succurrendum. Idque confirmat expressus  
textus in cap. ex parte n. X. de Accusat. vbi Alexan-  
der III. In hæc verba rescribit : Prudentia tue  
resp. quod monachi, nisi alia rationabilis causa im-  
pediat, eo quod de obedientia & subiectione Abba-  
tis esse noscuntur, ab eius accusatione nullatenus  
sint repellendi : licet alios accusare non possint.  
Quibus, (siquidem cum proprium non habeant) de  
rebus monasterii expensæ debent necessariae, donec  
causa debitum finem accipiat, ministrari. Menoch.  
de Praesumt. Lib. 1. qu. 35. n. 22. Dessel. Erotem.  
Iur. Can. tit. de Accusat. qu. 5. Et debentur ex-  
pensæ non solum pro sustinenda, sed etiam ex-  
quenda lite. Surd. de Alim. Tit. 1. qu. 121. Idem  
que extenditur ad quemuis subditum agentem con-

ob

D 3

tra

\* ( 30 ) \*

tra suum Prælatum. Add. Gonzaletz in Com-  
ment. ad Decret. ad d. cap. II. X. d. Accusat.

Th. XXXI. Noq. multa sicut in nos

Datur porro hoc beneficium Creditori ege-  
no debitum reposcenti, si ipsius intentio sit liqui-  
da, & exceptio a diuite aduersario opposita sit al-  
tioris indaginis. Mev. Part. IV. dec. 194. Id  
quod eo magis procedit, si appareat quidem de-  
beri, sed quantitas debiti adhuc sit incerta. Mev.  
Part. V. dec. 375. Nec poterunt expensæ suspe-  
ditatæ postea cum debitō compensari, quia aduer-  
sarius illas triuole causatus est, qui debuisset spon-  
te creditori satisfacere. arg. I. 79. ff. d. Iudic.

Th. XXX.

Vti proinde actori inopi hociuris beneficium  
tribuitur ; Ita quoque multo magis Reo conuen-  
to idem denegari non debet, cum huius partes  
sint fauorabiliores. Et licet casus facile contin-  
gere posse non videatur, siquidem si ob inopiam  
debitoris inanis sit actio, actor sponte abstineret o-  
leat, cum frustranea foret opera ; Attamen idem  
obuenire posset, si ad instantiam creditoris debitor  
fuerit arrestatus, & non habeat unde se alat.  
Manz. Centur. Decis. Palatin. qu. 64. Et ipse  
forte creditor agat, vel ut ad carcerem publicum

de-

3 D

\* ( 31 ) \*

debitor deferatur ; vel, ut per addictionem ad manus creditoris operas praeter, & desuper adhuc defensionem suam exigat reus conuentus. Mev. ad Ius Lubec. L. 1. art. 3. n. 28. & seqq. Aut denique si bona rei conuenti arresto fuerint gravata a sequestrata, vel creditor pro sua custodia & securitate impetraverit, tunc pendente lite per sententiam prouisionalem poterit prospici, ut liceat bona quoad alimenta necessaria & expensas diminuere l. 33. ff. d. reb. auctor. iud. possid. l. 14. ff. vt in possess. legat. Ita proinde, quando quis promisit aliquid sub pena amissionis omnium bonorum, dum lis agitur super priuatione, alimenta interim recte decetnuntur Add. Surd. de Alim. T. 1. qu.

123

Th. XXXI.

Datur hoc praesidium legale noui tantum personis coniunctis, verum rectius ad omnes & singulas personas extenditur, si paupertatis causa pro ipsi militet. Covarruv. Quæst. Praef. cap. 6. Clqd. de Sequestrat. cap. 10. n. 24. Similiter pendente concursu piis Corporibus vel personis miseriis solet provideri & mandari liquidatoribus ut interim soluant usurias, prout observatum refert. Brunn. ad l. 27. ff. de ineff. testam. n. 18

Th.

Th. XXXII. *Visis personis*, quibus remedium hoc competat, iam considerandæ sunt *Cause*, in quibus tale decretum sententia prouisionalis locum habere possit. Obtiinet igitur hoc (1) in iudicio reali *Vindicationis*, quando aliquis litigat super bonis, quæ prætendit esse communia, vel ad se pertinere, & aliquam præsumptionem pro se habet, tunc illa præsumptio tantum operatur, quod aduersarius interim obligetur, ipsi subministrare summus litis, si aliunde non habeat, vnde litiget, & causam persequi possit. Conf. Mynl. Cent. vi. Obs. 21 Atque in primis hoc vnanimiter concedunt Interpp. si agatur de *vniueritate bonorum*, vel maxima bonorum parte. Surd. de Alim. Tit. 1. qu. 119. (11) Hoc procedit in *Petitione hæreditatis*, non tantum ab intestato, sed etiam ex testamento, & maxime in iudicio *l. fin. C. d. Ed. Div. Hadr. toll.* tunc enim pendente lite prouisio debet fieri pro alimentis. Surd. *l. cit. qu. 110. n. 6.* Similiter (111) in casu *Querelæ in officiis testamenti prouisio recte sit*, iuxta textum expreßum supra relatuum in *l. 27. §. 3. ff. de inoffic. testam.* Nec non in reliquis iudiciis hæreditariis, vt est familiæ erciscit, it, missione ventris nomine & aliis

liis causis ad materiam successionis spectantibus.  
Surd. l. cit. qu. 110. &c segg.

## Th. XXXIII.

Obtinet (IV) hæc prouisio judicialis in Casu sequestrationis, quando sequestratio fructuum, pecuniae vel alterius rei a iudice fuerit imposta, eiusque relaxatio nulla ratione impetrari possit, reus vero aliunde non habeat, unde se sustentare ac litis expensas soluere queat. Tunc enim litis expensa & alimenta ipsi ex re litigiosa sequestrata sunt suppeditanda. Clud. de sequestrat. cap. 10. n. 24. Idem est in bonis saltem arrestatis, vnde in opere debitori alimenta & sumitus litis necessarii præbendi sunt, arg. l. 33. de reb. auctor. iud. posid. l. fin. ff. eod Neque hoc tantum procedit in illa lite, quæ super arresto aut bonis arrestatis agitur, verum etiam sumitus alterius litis subministrandi sunt, ne scil. indefensus pereat. Mev. Part. IV. dec. 358. Et ideo index hoc casu usque ad certam summam litii vel alimentis impendendam arrestum relaxare potest. Mev. l. cit.

## Th. XXXIV.

Idem procedit in Criminalibus, quando per viam accusationis contra carceratum proceditur, quo casu pauperi ita detento suppeditandæ sunt

E

ex-

expelsæ, tam litis quam alimentorum, ab eo, ad cuius instantiam ille incarceratus fuit. Boer. dec. 303. Manz. *Cent. Decis. Palat. qu. 64.* Id quod etiam Constitutio Criminalis Caroli V. ex preesse sancit art. 176. ibi. Und wo er sich von seinen selbst- Gütern in solcher Gefängniß zu enthalten nicht vermögte / so soll alsdenn durch dem Ankläger zu seiner Erhältniß dem Büttel sein gebührylich Wartgeld nach Ermäßigung des Richters gegeben werden / und er der Ankläger deshalb ziemlich bestand thun. Et hinc iudex quoque potest ab accusatore eo nomine idoneam cautionem exigere, ne alias onus alimentandi in iudicium redundet. Coler. *de Proc. Execut. p. 1. c. 2. n. 92.* Cum enim ad accusatoris requisitionem accusatus incarceratus sit, qui pro se aut suis, aut pro bonis suis inde securitatem vult consequi, ideo æquisimum quoque est, eundem tantum persoluere debere, quantum requiritur ad alendum incarceratum & solvendos sumtus carceris. Conf. Clasen. *in Comment. ad d. art. 176.* Licet enim magistratui ex officio incumbat, malis hominibus purgare prouinciam, & de securitate publica prospicere; Attamen hoc in genere quidem facere tenetur, non tamen ex sola delatione

ac-

\* ( 35 ) \*

accusatoris statim constat, an per hoc individuum publica turbetur tranquillitas, cum eadem etiam per calumniam posset esse mota, unde propter incertum adhuc accusationis eventum, merito accusator iudicium debet seruare indemne, ne alias inexhaustis sumtibus grauetur respublica.

Th. XXXV.

Applicatur porro praedicta nostra conclusio, etiam si pauper item haberet cum *Fisco*, nihil minus isti erit per hanc sententiam prouidendum. *Surd. de alim. Tit. 7. qu. 120. n. 7. & seqq.* Cum enim fiscus hoc in casu non inueniatur speciatim priuilegiatus, contra eum secundum ius commune erit respondendum arg. *l. 10. ff. d. 1. Fisc. Maxime cum æquitatis ratio fauori fiscalis præpondet.*

Th. XXXVI.

Postulatur hoc *Remedium Prouisionale* a iudice per implorationem eiusdem extraordinariam. Atque est illa potestas communis omnium Magistratum atque iudicium, pendente lite, interim per decreta vel sententias de necessitate prouidere, & personis rebusque, ut expedit, consulere. *Mev. Part. IV. dec. 376.* Et quidem peti ac decerni ista solent a iudice cause principalis, cum e-

E 2

ius

\* ( 36 ) \*

iusdem iurisdictio propter causæ connexionem  
hac in parte censeatur fundata. *Surd. de alim. Tit.*  
*1. qu. 110. n. 9.*

Th. XXXVII.

Potest vero peti illa provisio in quacunque  
iudicij parte, siquidem hæc non est exceptio quæ-  
dam dilatoria, sed punctum aliquod incidens con-  
cernit, quod causam principalem per se non attingit.  
*Surd. de alim. Tit. 1. qu. 111. n. 23.* Etideo  
tam ante quam post litem contestatam etiam in  
termino executionis, nec non in secunda appella-  
tionis instantia peti potest. *Rebuff. ad Consit.*  
*Regn. Gall. in prefat. n. 25. & seqq.* Nontamen  
post Conclusionem in causa postulari posse, no-  
nat *Christin. Vol. 1. dec. 276. n. 10.* Si vero  
lata sit sententia, & ab ea appellatum fuerit, nec  
causa appellationis brevi terminari queat, peti po-  
terit prouisio. *Molin. ad Consuet. Paris. §. 1. gloss.*  
*4. §. 42. n. 28. & seqq.*

Th. XXXVIII.

Nec tamen prius iudex decernere debet aut  
potest, quam editis *Actis*, vt inde de causæ iusti-  
tia & bonitate petitionis æstimet, atque ideo ad  
simplicia petitoris narrata non potest decernere.  
*Mev. Part. 4. dec. 194. n. 8.* Nec proinde iudex

201

præ-

\* (37) \*

præcipitare debet Decretum, plane inaudito eo,  
cuius maxime interest, aut, sine villa causæ cogni-  
tione, concurrit enim aliquod aduersarii præaudi-  
cium, unde summarie desuper debet cognosci,  
Mev. Part. III, dec. 376.

Th. XXXIX.

Decernuntur ista alimenta & sumptus litis per  
*Mandatum*, quod etiam vim Decreti ac sententiæ  
habere dicitur, & in hoc sensu *sententia* appellatur  
*provisionalis*; Cum alias sententia stricte dicta &  
Decretum inuicem differant; siquidem sententia  
continet absolutionem vel condemnationem l. 1.  
ff. d. re iudic. l. 3. C. de sentent. Non vero semi-  
per Decretum. Attamen in sensu latiori accep-  
tum vocabulum sententiæ, etiam hoc mandatum  
sive decretum provisionale sub se comprehendit,  
quia nimis utraque fertur a iudice, & similem  
inuicem auctoritatem iudiciale habet. Mev.  
Part. V. dec. 375.

Th. XL.

Nec tamen ab eo, cui alimenta & litis sum-  
tus præstandi sunt, fatisatio regulariter exigitur.  
Mev. Part. V. dec. 375. n. 4. propterea, quod  
non iure actionis, sed officio iudicis præstentur,  
quo calu alimentarius cauere non tenetur. Coler.

E 3

de



\* ( 38 ) \*

*de alim. Lib. 1. cap. 14. n 57.* Neque interest, siue  
litigans pauper sit persona coniuncta, siue extra-  
nea, cum tales expensæ ex pietate factæ censem-  
tur, adeoque restitutioni non sint obnoxiae arg.  
*l. 34. ff. d. negot. gest.*

Th. XLI.

Pertinet hæc sententia prouisionalis principa-  
liter ad *Expensas litis* quatenus iisdem ex publica  
prouisione legum, ex præstito iuramento pau-  
pertatis, vel aliunde nondum est prospectum.  
*Struv. Synt. Ciu. Exerc. XXI. th. 52.* Secundario  
etiam ad *alimenta* inopi litiganti subministranda,  
vel ex bonis aduersarii, vel ex bonis ipsius litigan-  
tis forte sequestratis. Cum enim, si sequestratio  
non fuisset facta, nihilominus pendente lite pos-  
sessori prouentus rei obuenissent, non poterit al-  
tera pars conqueri de iniuria, si partem prouen-  
tuum ad *alimenta & litis expensas* velit impende-  
*re*, si non aliunde habeat vnde vivat. Add. Sco-  
tan. *Disp. ad Pand. XXXV. n. 14.* Quot vero  
fructus ex re litigosa vel alias quantum impensa-  
rum ad item & *alimenta* inopi litiganti adiudi-  
cari debeant, variant inter se Interpp. Alii pu-  
tant, quartam partem fructuum rei de qua agitur,  
deberi per *l. 3. ff. si pars hared petat.* At vero  
cum

\* ( 39 ) \*

cum hæc lex casum quendam singularem & specialem in se contineat, non erit producenda ad consequentiam in aliis iuris materiis penitus diuersis. arg. l. 14. ff. d. LL. Alii sextam partem frumentum adiudicandam statuunt, prout vult Mæv. Part. I. dec. 159. Et Part. II. dec. 612. Verum rebus illa quantitas arbitrio prudentis iudicis committitur, qui illam pro diuersis circumstantiis definire debet, prout qualitas personæ aut causæ exigere videatur, uti explicat l. fin. C. d. ord. cognit. Add. Mæv. Part. V. dec. 375. Clud. de Sequestr. cap. 10. n. 24.

### Th. XLII.

Obtinet hæc alimentorum prouisio potissimum circa personas, aliquando etiam circa iumenta & animalia, si forte debitor bonis sequestratis, victum illis dare nequeat. Coler. de Proc. Execut. Part. I. cap. 2. n. 87. Neque illud analogiæ iuris aduersatur; Vt enim alias sub penu legata, ea quoque continentur, quæ in usum iumentorum parata sunt l. 3. pr. §. 8. Et seqq. ff. de pen. legat. Ita quoque in hac iuris materia fauorabili leges benignius sunt interpretandæ quoad denominacionem alimentorum, vt etiam ad victum iumentorum necessarium extendi queant.

Th.



\* (40) \*

Th. XLIII. Locum præterea habet ista alimentorum & sumtuum prouisio non tantum pendente appellatione, ut putat Marci Part. II. dec. 364. Sed etiam in prima statim instantia Coler. de alim. Lib. I. c. 14. n. 43. adeo ut & ad interponendam & ad prosequendam appellationem sumtus prouideri queant. Mev. Part. IV. dec. 338. n. 7. Quod si prouisio semel fuerit adiudicata, & postea feratur sententia in causa principali contra eandem, isque ab ea appelleat, non obstante appellatione debet prouisio adimpleri. arg. I. s. §. imperator I. ff. ut. legat. velfideicomm. nom. cav. Christin. Vol. I. dec. 276. n. 10. &c. seqq.

Th. XLIV.

Ceterum dubitatur, an si litigans pauper victus fuerit, teneatur ad restitutionem eius quantitatis, quam ex hac causa ab aduersario percepit. Et concludunt in negatiuam, nimurum quod non teneatur ad restitutionem, modo non lis penitus per calumniam mota ex euentu appareat. Quem in finem adducunt I. I. §. Interesse 17. ff. Similiter ventr. nom. ibi: Interesse autem videtur, primum de aliamentis qua in ventrem sunt erogata, nec enim alias bac repetuntur nisi per calumniam in possessionem

nem venit. Ceterum si res calumnia caret, nihil praefabit mulier, quæ sine causa alta est pretextu ventris. Qui textus licet specialis esse videatur in fauorem partus conceptus, tamen rationem habet generalem; Et ideo generaliter iuxta mentem Practicorum concludit; Quod in aliis quoque causis neque imputanda neque restituenda sint alimenta, quæ lite pendente loco prouisionis dantur. Couarruv. Pract. Quæst. Cap. 17. n. 7. v. eisit

## Th. XLV.

Nontamen sententia prouisionalis debet præjudicare Definitiæ causæ principalis, pertinet enim saltim ad ea, quæ prouidere interim necesse erat, de cetero omnia manent integra & in even-  
tum litis parti alteri illæsa. Quo spectat in pri-  
mis l. pen de his qui sui vel al. iur. ibi: Si iudex  
nutririri vel ali oportere pronuntiauerit: dicendum  
est de veritate querendum, filius sit, annon: neque  
enim alimentorum causa veritati facit præiudi-  
cium. In tantum autem hoc verum est, quod  
hæc prouisionalis non præjudicet principali causæ,  
vt debeat iudex a prouisione abstinere, quando  
prouidendo decideret causam principalem, si ni-  
minum per sententiam prouisionalem grauamen

F

ali-

\* ( 32 ) \*

aliquid in definitiūam influens foret inferendum.  
Surd. *de alim. Tit. I qu. 126. n. 6.* Vnde si tale Decretum prouisionale limites suos excederit, non prouisionalis, sed definitiūa erit prolocutio, ut inde grauato appellatio non sit deneganda. Mey. *Part. III. dec. 376.*

Th. XLVI.

Cessat illa prouisio (I.) in alimentis præteritis vel sumtibus iam exsolutis, quorum repetitio non conceditur. Menoch. *de Presumt L. I. qu. 35. n. 30.* (II.) In specie cessat circa filium, si agat ad rescindendam renunciationem hæreditatis paternæ a se factam. Surd. *de alim. Tit. I. qu. 113.* Præterea (III.) omnis prouisio, quæ lite pendente fieri solet, cessat, si lis in continentī finiri possit, aut sententia definitiūa ferri. Add. Christin. *Vol. I. dec. 276. n. 10.* Desinit denique & decrescit illa petitio, si pendente lite, aliunde facultates litigantis fuerint auctæ, quia tunc ratio illorum sumtuum cessat, quippe quorum dies non simul sed successiue cedere intelligitur. arg.

I. II. ff. d. ann. legat.

SOLI DEO GLORIA.

GENE-

\* ( 33 ) \*

*GENERO SO AC CLARISSIMO IVVENI*  
**IOACHIMO HENRICO  
KATTIO,**  
**EQUITI BREMENSI**

# Dissertationis huius Respondentis Ornatus

S. P. D.

P R A E S E S.

**A**Nus est, & quod excurrat, cum Tua mihi,  
Generose Iuvenis, familiaritas in hac Salana  
innotuit, quo in Collegiis meis, tum au-  
scultando tum disputando, ita modeste &  
studiose Te gessisti, ut Te memoria felicem,  
ingenio fertilem & iudicio plenum commilitonibus omni-  
bus probares. Neque hæc tua adsiduitas sine fructu  
neque conuersatio academica sine ornamento fuit; Ha-  
bes hac de re plura Doctorum testimonia, quorum scho-  
las frequentasti, ut exercitatum Te præberes in illis disci-  
plinis, quæ non tantum ad ornandam sed etiam augen-

dam animi culturam adinventæ sunt. Siquidem partim in historica & literaturæ cognitione profecisti, partim Politicæ & Moralis doctrinæ principiis imbutus, illos audiisti fontes, ex quibus ingens ad excolendam hominis vitam deriuatur emolumentum. Hisce omnibus Iuris Ciuilis culturam adjunxisti, non tamenita, vt rubricas saltem titulorum nosceres, aut inanibus verborum formulis delectari volueris, verum ad interiora Iuris tum publici tum priuati arcana penetrasti, satis gnarus, decere politum ingenium, ultra Iustinianum sapere, & potissimum esse prudentiæ Ciuilis partem, non in legum tricis hærere, sed omnia ad usum fori & imperii transferre. Quod proinde magnis ingenii est proprium, non diu deliteicere, Te quoque excitauit, publico hoc edito industriæ specimine declarare, quanta cupiditate ardeas, vt paternæ & auitæ laudis dignus aliquando existas hæres. Pergas igitur in felici coepio, cui non tantum ex animo gratulor, verum etiam in futurum auguror; Quod qui, iam Cathedræ Dissertatione hac academica prouidendum censes, aliquando futurum sit, vt prouidendo Reipublicæ consulas, ad quam Parentum Virtus Te prouenit. Id quod Tibi cum voto omnigenæ felicitatis ex animo adprecor. Dabam lenæ Idib. Januar.

M DCC XIV.







+2403649





Q. D. B. V.  
DISSERTATIO ACADEMICA  
*DE*  
**SENENTIA**  
**PROVISIONALI,**  
*QVOAD ALIMENTA ET EXPENSAS LITIS.*  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DOMINO  
**WILHELMO HENRICO,**  
DVCE SAXONIE, IULIACI, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE, & reliqua,  
• SVB PRÆSIDIO  
DOMINI  
**FRIDERICI GOTTLIEB**  
**STRUVII,**  
I. V. DOCTORIS,  
CVRLÆ PROVINCIALIS ADVOCATI ORDINARI,  
DOMINI ET PRÆCEPTORISSVI ÆTATEM  
DEVENERANDI,  
AD DIEM IX JANVARII  
IN AVDITORIO ICTORVM  
PVBLICE DISPVTABIT  
**IOACHIMVS HENRICVS KATTE,**  
EQVES BREMENSIS.  
I ENÆ, LITTERIS KREBSSANIS M DCC XIV.